

LIBER GENESIS 9,1-29 – SYNOPSE

Vulgata (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

*Versio interlinearis Santis Pagnini,
ad Hebraicam phrasin examinata per Ben. Ariam*

Montanum, & alios (Biblia Polyglotta, 1657)

Anmerkung: Korrigierte lateinische Orthographie

Vetus Latina nach P. Sabatier (Herder, 1951)

Anmerkung: Wenn nichts anderes angegeben, ist die Textform in (L)

Nova Vulgata (Libreria Editrice Vaticana, 1986)

Übersetzung von B. Jacob (Schocken, 1934)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Verdeutschung von M. Buber

gemeinsam mit Fr. Rosenzweig (Schneider, 1987)

Anmerkung: Korrigierte deutsche Orthographie

Copyright by H. D. Peltzer

01 Benedixitque Deus Noë & filiis eius. Et dixit ad eos: Crescite, &
multiplicamini, & replete terram.

*Et benedixit Deus Noach, & filiis eius, & dixit eis: Crescite &
multiplicamini, & replete terram.*

(M) Et benedixit dominus Noe et filios eius dicens (I) crescite et multiplicamini et replete terram et dominamini eius.

(H) Benedixitque deus Noe et filiis eius et dixit ad eos: Crescite et multiplicamini et implete (replete) terram.

Benedixitque Deus Noe et filiis eius et dixit ad eos: „Crescite et multiplicamini et implete terram.

Und Gott segnete Noah und seine Söhne und sprach zu ihnen: Seid fruchtbar und mehret euch und füllet die Erde!

Gott segnete Noach und seine Söhne und sprach zu ihnen: Fruchtet und mehret euch und füllet die Erde!

02 Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terrae, & super omnes volucres coeli, cum universis quae moventur super terram; omnes pisces maris manui vestrae traditi sunt.

Et timor vester & pavor vester erit super omnem bestiam terrae, & super omne volatile coeli, in omni quod repe(i)t humi, & in omnibus piscibus maris, manui vestrae tradita sunt.

(M) Et timor vestri et tremor erit (E) omnibus bestiis terrae et omnibus avibus caeli et in omnibus quae moventur super terram et in omnibus piscibus maris dedi vobis omnia sub potestate.

(H) Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terrae et super omnes volucres caeli cum universis quae moventur in terra (super terram) omnes pisces maris manui vestrae traditi sunt.

Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terrae et super

omnes volucres caeli cum universis, quae moventur super terram; omnes pisces maris manui vestrae traditi sunt.

Und Furcht vor euch und Scheu vor euch liege auf allem Getier der Erde und auf allen Vögeln des Himmels, sowohl allem, wovon der Erdboden sich regt als auch allen Fischen des Meeres. In eure Hand sind sie gegeben.

Eure Furcht und euer Schrecken sei auf allem Wildlebenden der Erde und allem Vogel des Himmels, allem, was auf dem Acker sich regt und allen Fischen des Meers, in eure Hand sind sie gegeben.

03 Et omne, quod movetur & vivit, erit vobis in cibum; quasi olera virentia tradidi vobis omnia.

Omne reptile quod ipsum vivens, vobis erit in escam, sicut olus herbae dedi vobis omnia.

(E) Et omnia reptilia quae sunt viva erunt vobis in escam sicut holera pabuli dedi vobis omnia.

(H) Et omne quod movetur et vivit erit vobis in cibum quasi holera virentia tradidi vobis omnia.

Omne, quod movetur et vivit, erit vobis in cibum; quasi holera virentia tradidi vobis omnia.

Alles sich Regende, so dass es lebendig ist, euch sei es zur Speise, wie das Grün des Krautes gebe ich euch alles.

Alles Rege, das lebt, euch sei es zum Essen, wie das grüne Kraut gebe ich euch alles.

04 Excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis.

Tantum carnem in anima eius, sanguine ipsius, non comedetis.

(L) Praeter carnem in sanguine animae non edetis.

(H) Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.

Excepto quod carnem cum anima, quae est in sanguine, non comedetis.

Nur ein Fleisch mit seiner Seele, sein Blut, sollt ihr nicht essen.

Doch Fleisch mit seiner Seele, seinem Blut, sollt ihr nicht essen.

05 Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum

bestiarum;

& de manu hominis, de manu viri & fratris eius, requiram animam hominis.

Et profecto sanguinem vestrum animabus(?) vestris requiram; de manu omnis bestiae requiram illum; & de manu hominis, de manu viri fratris eius, requiram animam hominis.

(E) Etenim vestrum sanguinem animarum vestrarum exquiram de manibus

omnium bestiarum et de manu hominis fratris exquiram de manibus omnium

bestiarum et de manu hominis fratris exquiram animam hominis.

(H) Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu (manibus)

cunctarum bestiarum et de manu hominis de manu viri et fratris eius

requiram animam hominis.

Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum

bestiarum; et de manu hominis, de manu viri fratris eius requiram

animam hominis.

Aber hingegen euer Blut, das eines jeden von euch, werde ich fordern, von der Hand jedes Getiers werde ich es fordern, von der Hand des Menschen, d.h. des Menschenbruders, werde ich die Seele des Menschen fordern.

Jedoch euer Blut, das eurer Seelen, will ich heimfordern, von der Hand alles Wildlebenden will ich es heimfordern, und von der Hand des Menschen, für jedermann von der Hand seines Bruders heimfordern die Seele des Menschen.

06 Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius; ad imaginem quippe dei factus est homo.

Effundens sanguinem hominis, in homine sanguis eius effundetur, quia in imagine DEI fecit hominem.

(E) Qui effuderit sanguinem hominis pro sanguine illius effundetur quia ad imaginem dei feci hominem.

(H) Quicumque effuderit humanum sanguinem fundetur sanguis illius ad imaginem quippe dei factus est homo.

Quicumque effuderit humanum sanguinem, per hominem fundetur sanguis illius; ad imaginem quippe Dei factus est homo.

Wer da vergießet Blut des Menschen – durch Menschen wird sein Blut vergossen werden. Denn als ein Ebenbild Gottes hat er den Menschen gemacht.

Wer Blut des Menschen vergießt, durch den Menschen werde vergossen

sein Blut. Denn im Bilde Gottes hat er den Menschen gemacht.

07 Vos autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam.

Et vos crescite & multiplicamini, producite in terra, & multiplicamini in ea.

(H) Vos autem crescite et multiplicamini et ingredimini super terram et implete (replete) eam (illam).

Vos autem crescite et multiplicamini et pullulate super terram et dominamini ei.”

So seid denn fruchtbar und mehret euch, wimmelt auf der Erde und mehret euch auf ihr!

Ihr denn, fruchtet und mehrt euch, wimmelt auf Erden und mehrt euch darauf!

08 Haec quoque dixit Deus ad Noë, & ad filios eius cum eo.

Et dixit DEUS ad Noach & ad filios eius secum, dicendo:

(I) Et dixit dominus ad Noe et ad filios eius dicens.

H) Haec quoque dixit deus ad Noe et ad filios eius cum eo.

Haec quoque dixit Deus ad Noe et ad filios eius cum eo.

Und Gott sprach zu Noah und zu seinen Söhnen mit ihm also:

Gott sprach zu Noach und seinen Söhnen mit ihm, er sprach:

09 Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos.

Et ego, ecce ego statuens pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post

vos.

(I) Ecce ego excito testamentum meum vobis et semini vestro post vos.

(H) Ecce ego statuam pactum meum vobiscum et cum semine vestro post

vos.

„Ecce ego statuam pactum meum vobiscum et cum semine vestro post vos.“

„Ich aber errichte meinen Bund mit euch und euren Nachkommen nach euch.“

Ich aber, da, ich errichte meinen Bund mit euch und mit euerm Samen nach euch.

10 Et ad omnem animam viventem, quae est vobiscum, tam in volucibus quam in iumentis, & pecudibus terrae cunctis, quae egressa sunt de arca, & universis bestiis terrae.

Et cum omni anima vivente, quae vobiscum, in volatili, in iumento, & in omni bestia terrae vobiscum; ex omnibus egredientibus arcam, omni bestiae terrae.

(I) Et omni animae quae vivit vobiscum.

(H) Et ad omnem animam viventem quae est vobiscum tam in volucibus quam in iumentis et pecudibus terrae cunctis quae egressa sunt de arca et universis bestiis terrae.

„Et ad omnem animam viventem, quae est vobiscum tam in volucibus quam in iumentis et in omnibus bestiis terrae, quae sunt vobiscum, cunctis, quae egressa sunt de arca, universis bestiis terrae.“

Und mit jedem Lebewesen, das mit euch ist, es sei Vogel oder Vieh oder jegliches Getier der Erde mit euch, als Auszüglern der Arche, sonach allem Getier der Erde.

Und mit aller lebenden Seele, die bei euch ist, Vogel, Herdentier und allem Wildlebenden der Erde bei euch, allen, die aus dem Kasten zogen, von allem Lebendigen der Erde.

11 Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluvii, neque erit deinceps diluvium dissipans terram.

Et statui pactum meum vobiscum, & non excidetur omnis caro adhuc ab aquis diluvii, & non erit adhuc diluvium, ad disperdendum terram.

(M) ... non erit diluvium ut corrumpat omnem terram.

(H) (Et) statuam pactum meum vobiscum et nequaquam ultra interficietur omnis caro (ab) aquis diluvii neque erit deinceps diluvium dissipans (omnem) terram.

„Statuam pactum meum vobiscum; et nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis diluvii, neque erit deinceps diluvium dissipans terram.“

Und zwar errichte ich meinen Bund mit euch, dass ferner nicht ausgerottet werden soll alles Fleisch von den Wassern des Mabbul [ab], und dass nicht ferner ein Mabbul sein soll, die Erde zu verderben.

Meinen Bund errichte ich mit euch; nicht werde nochmals gerottet alles Fleisch von Wassern der Flut, die Erde zu verderben!

12 Dixitque Deus: Hoc signum foederis quod do inter me & vos, & ad omnem animam viventem, quae est vobiscum in generationes sempiternas.

Et dixit DEUS: Hoc signum foederis, quod ego dans inter me, & inter vos, & inter omnem animam viventem quae vobiscum, in generationes seculi.

(X) Et dixit deus (A) hoc signum testamenti quod ego ponam inter medium meum et vestrum et omnem animam vivam.

(H) Dixitque deus hoc signum foederis quod do inter me et vos et ad omnem animam viventem quae est vobiscum in generationes sempiternas.

Exspectavitque dixitque Deus: „Hoc signum foederis, quod do inter me et vos et ad omnem animam viventem, quae est vobiscum, in generationes sempiternas.“

Und Gott sprach: Dies ist das Zeichen des Bundes, den ich setze zwischen mir und euch und allen Lebewesen, die mit euch sind, für die Geschlechter der Ewigkeit.

Gott sprach: Dies ist das Zeichen des Bundes, den ich gebe zwischen mich und euch und all jede lebende Seele, die mit euch ist, auf Weltzeit-Geschlechter.

13 Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me & inter terram.

Arcum meum dedi in nube, et erit in signum foederis inter me & inter terram.

(I) Arcum meum ponam in nube et erit signum testamenti aeterni inter me et terram.

(H) Arcum meum ponam in nubibus et erit signum foederis inter me et inter

terram.

„Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum foederis inter me et inter terram.“

Meinen Bogen habe ich in den Wolken angebracht, und so wird er zum Zeichen des Bundes zwischen mir und der Erde sein.

Meinen Bogen gebe ich ins Gewölk, er werde Zeichen des Bundes zwischen mir und der Erde.

14 Cumque obduxero nubibus caelum, apparebit arcus meus in nubibus.

Et erit in obnubilando me nubem super terram, et apparebit arcus in nube.

(I) Et erit (E) cum innubilavero nubes super terram (I) parebit arcus meus in nube.

(H) Cumque obduxero nubibus caelum apparebit arcus meus in nubibus.

„Cumque obduxero nubibus caelum, apparebit arcus meus in nubibus.“

Und es wird geschehen: Wenn ich Gewölk gewölkt habe über die Erde, wird der Bogen im Gewölk sichtbar werden.

So sei´s: Wann Gewölk ich wölke über der Erde und im Gewölk der Bogen zu sehen ist.

15 Et recordabor foederis mei vobiscum, & cum omni anima vivente quae carnem vegetat; & non erunt ultra aquae diluvii ad delendum universam carnem.

Et recordabor foederis mei, quod inter me, & inter vos, & inter omnem animam viventem in omni carne; & non erit adhuc aqua ad diluvium, ad

disperdendum omnem carnem.

(I) Et memor ero testamenti mei quod est inter me et vos et omnem animam vivam ut non perdam aquis diluvii omnem carnem.

(H) Et recordabor foederis mei (quod pepigi) vobiscum et cum omni anima vivente quae carnem vegetat et non erunt ultra aquae diluvii ad delendam universam carnem.

„Et recordabor foederis mei vobiscum et cum omni anima vivente, quae carnem vegetat; et non erunt ultra aquae diluvii ad delendum universam carnem.“

Und ich werde meines Bundes gedenken, der zwischen mir und allen lebenden Wesen in allem Fleisch ist, und nicht ferner wird das Wasser zum Mabbul werden, alles Fleisch zu vernichten.

Will ich meines Bunds gedenken, der ist zwischen mir und euch und all jeder lebenden Seele von allem Fleisch; nicht werde nochmals das Wasser zur Flut, alles Fleisch zu verderben.

16 Eritque arcus in nubibus, & videbo illum, & recordabor foederis sempiterni quod pactum est inter Deum & omnem animam viventem universae carnis quae est super terram.

Et erit arcus in nube, & videbo illum, ad recordandum foederis seculi inter Deum, & inter omnem animam viventem in omni carne, quae super terram.

(X) In memoriam testamenti inter me et vos et inter omnes super terram.

(H) Eritque arcus in nubibus et videbo illum et recordabor foederis sempiterni quod pactum est inter deum et inter omnem animam viventem

universae carnis quae est super terram.

„Eritque arcus in nubibus, et videbo illum et recordabor foederis sempiterni, quod pactum est inter Deum et omnem animam viventem universae carnis, quae est super terram.“

Und der Bogen wird in den Wolken sein, und ich werde ihn ansehen, um meines ewigen Bundes zu gedenken zwischen Gott und allen lebenden Wesen in allem Fleische, das auf der Erde ist.

Wenn der Bogen im Gewölk ist, will ich ihn ansehen, zu gedenken des Weltzeit-Bunds zwischen Gott und all jeder lebenden Seele von allem Fleisch, das auf Erden ist.

17 Dixitque Deus ad Noë: Hoc erit signum foederis, quod constitui inter me & omnem carnem super terram.

Et dixit DEUS ad Noach: Hoc signum foederis, quod statui inter me & inter omnem carnem quae super terram.

(H) Dixitque deus ad Noë hoc erit signum foederis quod constitui inter me et inter omnem carnem super terram.

Dixitque Deus ad Noe: „Hoc erit signum foederis, quod constitui inter me et omnem carnem super terram.“

Und Gott sprach zu Noah: „Dies ist das Zeichen des Bundes, den ich errichtet habe zwischen mir und allem Fleische, das auf der Erde ist.

Gott sprach zu Noach: Dies ist das Zeichen des Bunds, den ich zwischen mir und allem Fleisch auf Erden errichtet habe.

18 Erant ergo filii Noë, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth. Porro Cham ipse est pater Chanaan.

Et fuerunt filii Noach egredientur ex arca, Sem, & Cham & Iepheth. Et Cham ipse pater Chenahan.

(O) Et erant filii Noe qui egressi sunt de arca (I) Sem Cham Iaphet (M) Cham autem erat pater Chanaan.

(H) Erant igitur filii Noe qui egressi sunt de arca Sem Ham et Iafeth porro Ham ipse est pater Chanaan.

**Erant ergo filii Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham et Iapheth.
Porro Cham ipse est pater Chanaan.**

Es waren die Söhne Noahs, die aus der Arche hinausgegangen sind: Sem und Ham und Jefet. Und Ham, das ist der Vater Kenaans.

Die Söhne Noachs, die aus dem Kasten zogen, waren Schem, Cham und Jafet. Cham aber ist der Vater Kanaans.

19 Tres isti filii sunt Noë, & ab his disseminatum est omne genus hominum super universam terram.

Tres isti filii Noach. Et ab istis dispersa est omnis terra.

(M) Isti erant tres filii Noe.

(H) Tres isti sunt filii Noe et ab his disseminatum est omne hominum genus super universam terram.

Tres isti filii sunt Noe, et ab his disseminatum est omne hominum genus super universam terram.

Diese drei, die Söhne Noahs, und von diesen aus hat sich die ganze Welt

verstreut.

Diese drei sind die Söhne Noachs, aus ihnen verstreute sich alles Erdvolk.

20 Coepitque Noë vir agricola exercere terram, & plantavit vineam.

Et coepit Noach vir terrae, & plantavit vineam.

(I) Et coepit Noe homo agricola esse terrae et plantavit vineam.

(H) Coepitque Noe vir agricola exercere terram et plantavit vineam.

Coepitque Noe agricola plantare vineam.

Und Noah, der Mann der Adama, begann und pflanzte einen Weinberg.

Noach begann nun als der Mann des Ackers und pflanzte einen Rebgarten.

21 Bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.

Et bibit de vino, & inebriatus est, & discooperuit se in medio tabernaculi sui.

(L) Et bibit de vino et inebriatus est et nudatus est in domo sua.

(H) Bibensque vinum inebriatus est et nudatus (est) in tabernaculo suo.

Bibensque vinum inebriatus est et nudatus in tabernaculo suo.

Und er trank von dem Wein und ward trunken und entblöbte sich inmitten seines Zeltes.

Als er vom Wein trank, berauschte er sich und lag kleiderbar mitten in seinem Zelt.

22 Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse

nudata, nuntiavit duobus fratribus suis foras.

Et vidit Cham, pater Chenahan, turpitudinem patris sui; et nuntiavit duobus fratribus suis in platea.

(L) Et vidit Cham pater Chanaan nuditatem patris et egressus nuntiavit duobus fratribus suis foras.

(H) Quod cum vidisset Ham pater Chanaan verenda scilicet patris sui esse nudata (nuda) nuntiavit duobus fratribus suis foras.

Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiavit duobus fratribus suis foras.

Da sah Ham, der Vater Kenaans, die Blöße seines Vaters und erzählte es seinen beiden Brüdern draußen.

Cham, der Vater Kanaans, sah die Blöße seines Vaters an, er meldete es seinen zwei Brüdern draußen.

23 At vero Sem & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: faciesque eorum aversae erant, & patris virilia non viderunt.

Et tulit Sem & Iepheth vestimentum, & posuerunt super humerum ambo ipsi, & ierunt (?) retrorsum, & operuerunt turpitudinem patris sui: Et facies eorum retrorsum, & turpitudinem patris sui non viderunt.

(A) Et sumentes vestimentum posuerunt supra dorsa sua et intraverunt aversi et operuerunt nuditatem patris sui nec ...

(M) Et accipientes Sem et Iapheth vestimentum imposuerunt supra humeros suos et perrexerunt retrorsum et operuerunt nudum patrem et non ...

(I) ... viderunt nudationem eius.

(H) At vero Sem et Iafeth pallium imposuerunt (in) humeris suis et incedentes retrorsum operuerunt (cooperuerunt) verecunda patris sui faciesque eorum aversae erant et patris virilia non viderunt.

At vero Sem et Iapheth pallium imposuerunt umeris suis et incedentes retrorsum operuerunt verecunda patris sui, faciesque eorum aversae erant, et patris virilia non viderunt.

Da nahm(en) Sem und Jefet das Gewand, und sie legten es auf die Schulter von ihnen beiden, und sie gingen rückwärts, und sie bedeckten die Blöße ihres Vaters, und ihr Gesicht rückwärts, und die Blöße ihres Vaters sahen sie nicht.

Schem nahm und Jafet das Tuch, sie legten es auf die Schulter zu zweit, sie gingen rückwärts und hüllten die Blöße ihres Vaters, ihr Antlitz rückwärts gewandt, sie sahen die Blöße ihres Vaters nicht an.

24 Evigilans autem Noë ex vino, cum didicisset quae fecerat ei filius suus minor.

Et expergefactus est Noach a suo vino, & cognovit quod fecit sibi filius suus parvus.

(I) Et sobrius factus est Noe a vino (M) et cognovit omnia quae fecit ei filius (suus) iunior.

(H) Evigilans autem Noe ex (a) vino cum didicisset quae fecerat et filius suus minor.

Evigilans autem Noe ex vino, cum didicisset, quae fecerat ei filius suus minor.

Da erwachte Noah von seinem Weine und erkannte, was sein unreifer Sohn ihm getan hatte.

Noach erwachte von seinem Wein, ihm wurde bekannt, was sein jüngster Sohn ihm tat.

25 Ait, Maledictus Chanaan; servus servorum erit fratribus suis.

Et dixit: Maledictus Chenahan: Servus servorum erit fratribus suis.

(L) Et dixit: Maledictus Cham puer servus erit fratribus suis.

(H) Ait: Maledictus Chanaan servus servorum erit fratribus suis.

Ait: „Maledictus Chanaan! Servus servorum erit fratribus suis.“

Und er sprach: „Verflucht Kanaan! Sklave von Sklaven sei er seinen Brüdern!“

Er sprach: Verflucht Kanaan, Knecht der Knechte sei er seinen Brüdern!

26 Dixitque, Benedictus Dominus Deus Sem; sit Chanaan servus eius.

Et dixit: Benedictus Dominus DEUS Sem, & fit Chenahan servus eis.

(I) Et dixit: Benedictus dominus deus Sem. Et erit Chanaan servus eius.

(H) Dixitque: Benedictus dominus deus Sem. Sit Chanaan servus eius.

Dixitque: „Benedictus Dominus Deus Sem! Sitque Chanaan servus eius.“

Und er sprach: „Gesegnet sei J-h-w-h, der Gott Sems, und es sei Kanaan ihnen Sklave!“

Er sprach: Gesegnet ER, Gott Schems, Kanaan aber sei ihm Knecht!

27 Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan servus eius.

Dilatet DEUS Ieptheth, & habitet in tabernaculis Sem, & sit Chenahan servus eis.

(I) Dilatet deus Iapheth et habitet in domibus Sem (M) et fiat Chanaan servus eius.

(H) Dilatet deus Iafeth et habitet in tabernaculis Sem sitque Chanaan servus eius.

„Dilatet Deus Iapheth, et habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan servus eius.“

Er machte weit Elohim dem Jefet, dass er wohne in den Zelten Sems; und es sei Kanaan ihnen Sklave!

Jaft – ausdehne Gott es dem Jafet, er wohne in den Zelten Schems, Kanaan aber sei ihm Knecht!

28 Vixit autem Noë post diluvium trecentis quinquaginta annis.

Et vixit Noach post diluvium, trecentos annos & quinquaginta annos.

(I) Vixit autem Noe post diluvium trecentis et quinquaginta annis.

(H) Vixit autem Noe post diluvium trecentis quinquaginta annis.

Vixit autem Noe post diluvium trecentis quinquaginta annis.

Und es lebte Noah nach der Flut dreihundert Jahre und fünfzig Jahre.

Noach lebte nach der Flut dreihundert Jahre und fünfzig Jahre.

29 Et impleti sunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum; &

mortuus est.

Et fuerunt omnes dies Noach nongenti anni & quinquaginta anni; et mortuus est.

(I) Et facti sunt omnes dies Noe DCCCCL anni (X) et mortuus est.

(H) Et impleti sunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum et mortuus est.

Et impleti sunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum, et mortuus est.

Und es waren alle Tage Noahs neunhundert Jahre und fünfzig Jahre, und er starb.

Und aller Tage Noachs waren neunhundert Jahre und fünfzig Jahre, da starb er.